Hueber, Benedikt: Commentarius in primam secundae ‚Summae Theologicae'

Salem, 1719 Seite 220r



sit invincibiliter erronea, sed practice debet esse erronea;
quoniam hic procedit de errore practico non speculativo. l.
si loquitur de errore practico. Dicitur enim tunc error practicus
quando tollit iudicium universale, non solum particulare et quoad actum:
vel in eo qui sciente peccat non est error formaliter speculativus se tenens
ex parte obiecti cor. non est error practicus se tenens ex parte actus
iudicii nimium obscurati et minus considerati ergo.

Obiectio 2. Multa peccata fiunt ex infirmitate, alia ex malitia, 172.
alia ex ignorantia: quando non omnia fiunt ex aliquo errore, alias
frustra peccata distinguerentur in peccata ex malitia, ex infirmitate,
et ex ignorantia. R. salva thesi adhuc posse salvari istam
divisionem peccati, nam peccata ex infirmitate sunt quae causantur ex con-
cupiscentia seu passione praedominante, ubi utique error
practicus intercedit, quod non supprimendo passionem totaliter separatur
eius ductum: peccata ex ignorantia sunt illa, quorum causa est ignorantia
invincibilis: quae est occasio formandi iudicium, interim taliter non agit
ex ignorantia, ut stricte causa est vincibiliter, qualis est sola
ignorantia antecedens. Sed est vincibilis: ubi ignorantia
saltem supina et consequens intercedit si non omnino affectata,
quia ignorantia vincibilis quidem sit per se peccaminosa, quae
dependet ex malitia, ibi peccata quoniam fiunt practice
contra legem: vel ex infirmitate in die veniunt obiecta aliqui
ex infirmitate ad concedendum, ubi bene apprehendit legem,
interim ratio inferior circa bonum delectabile vel utile necessario
procedit contrarium, et ideo talis spes ratione inferioris peccatur ex infirmitate.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0441

gefördert durch
Baden-Württemberg